

1532. g. 21. Junij-

555

Sigismundus primus Rex Polonia
Galatino Sandomiriensi.

Magnifice sincere nobis Dilecte,

156

Ita est quemadmodum edoctam se scribit
tua Irtes Dempho per nos in aulam se:
renissimi Domini Joannis Hungariae
Regis Oratore nostro rediens enim ex
Turcia nuncius noster Wilamowski de:
claravit nobis eum hoc responso ab
Imperatore Turcorum ad nos dimissum
esse, quod Imperator ipse missus erat,
ad nos Oratorem suum qui differentiam
hanc inter nos et Voivodam Moldavi:
ensem componeret, quem Oratorem re:
ferret. Idem Wilamowski Ludovicum
Gritti futurum Iurisperitum, postea vero ipse
Ludovicus Gritti miserat ad nos nun:
tium suum, per quem significaverat
nobis se Oratorem ad nos a Domino
suo Imperatore Turcorum Designatum
esse, sed quia exigentibus aliis negotiis
et rationibus se alia mandata intine:
re a prefato Domino suo essent Conve:
nta, venire se ad nos non potuisse po:
stulaveratque per eundem nuncium su:
um a nobis ut in aulam serenissi:
mi Domini Joannis Hungariae Regis
Oratorum

Oratorem nostrum cum mandato et instru-
dione sufficiente mitteremus pollicens se
illuc collocaturum omnem operam suam
in eam ipsam Differentiam componendam,
nos volentes nos accommodare voluntati
Imperatoris Turcorum quam ex nuncio no-
stro wilamowski didicimus esse propensum
ad sistendam ipsam Differentiam inter
nos et Voivodam Moldavensem simul
et prospicientes ne praeiudicium videremus
causam quae illi nobis reddi poterat infer-
stior misimus quidem in Hungariam
praefatum Oratorem nostrum sed in u-
ius illius praesentia non speramus con-
ficiendas fore aliquas inscriptiones et fadera
putamus tamen quod saltem mandabi-
tur forte Voivoda Moldavensi ut attente
contra nos prosequendo quiescat atque
erga nos et Subditos nostros officium
conservet. Et haec est ratio quae nos addu-
cit Oratorem nostrum in Hungariam
misimus, id quod tuae Sanctitati non
usque quoque placere ex literis eius
cognovimus.


Non libenter audivimus detentos
episcopo istius cum meritis Subditos Du-
cis Morhorum, quo nobis sunt Induciae
id vero magis nos permoveat quod in
Turcum veluti sunt, et proinde volu-
mus ut tuae Sanctitati modo visis his literis

207
S

literis eos libere cum mercibus ipsorum
 omnibus Dimitti iubeat, ad propriaque
 redire permittat id vero quod detenti
 erant verbis diluat scusam videlicet de-
 tentionis illorum in hoc detorquendo
 quod nesciebatur re vera eos esse Subdi-
 tos Ducis Moschorum quandoquidem
 neque literas illas habuerint neque pro-
 fecti erant isthac in Turciam, quod
 quam tua Sinceritas nescibat quae sa-
 pitula fuerint induciarum per nos cum
 eorum Duce imitare, et alia id genus
 quae in excusationem fortuna fore vide-
 buntur offerat tua Sinceritas.

Legationum vero cum acta de qua
 scripsit nobis tua Sinceritas volumus
 ut eis non reddat sed isthac relinquant
 et nobis huc tandem transmittat.

Ceterum non opus est significare
 quidquam Oratori nostro in Hungari-
 am misso de Debitis per Subditos voie-
 vode Moldauiensi Subditis nostris et
 solvendis profectus est enim illo cum
 instructione sufficiente sed neque puta-
 mus rationes solvendi debita et merca-
 turas intercommunes Subditos nostros
 exerendi illis fore tractandas ea enim
 omnia si Bas perpetua futura erit
 huc ad nos venientur et postea in pra-
 sentia Oratoris Voievode Moldauiensi

uti


uti antea factitatum est confidenter.

Præterea probamus quod tua Sitas
prohibet quo minus sub his Indiciis quales
cumque sint, fiant excursiones De Regno
nostro in terram voivoda moldavensi
mittimusque tue sinceritati literas no-
stras per quas præcipimus omnibus no-
bilibus terra Coloniensi et se subditos
suos contineant ab eiusmodi excursionibus
favendis in eos vero qui in hoc contuma-
ces fuerint, per Capitaneos nostros animi-
adverti permittant, et quominus eminead-
vertatur non prohibeant, volumus enim
et antea sepius diximus ut vel minima
occasio hunc hortem bello lacependi a
nostris præbeat, benevaleat tua Sitas
Dada Craacovia Die 21. Junij anno Domi-
ni 1532. Regni nostri 26.